99

circa personam meam pro fide memoria seruaretur.
monstraret frequentia litterarum. et in sepultam caritatē
testis pectoris sermo recluderet. ad nunc oblitum me ite
sentio nec aliquam melioris saeculi retinere concordiam.
quando nulla quae sollicitudinem tuā resignent scribta
diriguntur. sed ego desiderii inpatientiā ad uerba conuerti
qui scio tunc nouellam amicitiam habere dulcitudinē si annosa
seruetur. et illud esse in affectione purius quod nostri
examinauere maiores. sciens quia si camellum mente retines
ennodium non omittes. qua de re salutationis munera epistolari
cura persoluens precor ut baiolū p̄sentium clericum meum
quem ad gallias et suae utilitatis et meae iussionis causa p̄duxit.
susceptum habere digneris. quo remeante prospera uestra
scribtione signate ut siquid in amore damni fecit obliuio epis
tolaris sollicitudo restituat finit. ENNODIUS EUGENITI UI

Faustum caelo omen adueniens auspicia uestra conroboret
et tyrocinia canae dignitatis suis muniant diuina consiliis.
per uos supernus fauor regat dominū libertatis ut ex pectoris
uestri fonte ad aures principis defluat quod in uobis aetherius
imber infuderit. ecce quae debui uota rudimentis licet coactis
martum sermonib; enarraui uos mementote promissi amoris
et foederis ut sine mutationis dispendio debitum mihi quaestura
dissoluat. teneret circa me animū decessoris dignitatis uestrae
pollicitatio non frangatur uariata p̄sonis. domini mei saluete
pro desiderio supplicis. et in magna beneficiorū promulga
tione suscipite parca conloquia talis enim est usus felicium
et natura meliorum ut lingae cupias rebus et praestitis ante
cellant finit. ENNODIUS SENARIO

Festinatio perlatoris martum coegit epistulā et dolentem
magna fecit pauca dictare. apud eū tamen ista non grauari
qui inter sermonum angustias inter preses est sensuum. super
tarditate enī domini fausti et opinionū uarietate discrucior uos
post deū anxietati meae celeri rescriptione succurrite. quia
deterius est incerta macerari spe quā manifestā disperationē.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0205